

est! Speret ergo gradū minister. q̄
 dñicū pascere gregē satagit. Pa-
 scere dō tripliciter: exēplo ouersa-
 tiōis: verbo pōicationis: fr̄cū orō-
 nis. Et pascere ad mādatū xp̄i vt
 nemo sibi hūc assumat. honorē: s̄
 qui vocat⁹ suēt a deo tanq̄ aa-
 ron. Per eū nēpe si quis. introierit
 saluabit: et inueniet pascua. Sin-
 vero ascēderit aliūde: plane sur est
 ⁊ latro. Jā qui p xp̄m sibi in sorte
 ministerij hui⁹ introisse videtur: de
 cetero quēadmodū ei seruiat. quē-
 admodū ministret: quēadmodū
 pascat tripliciter. vt p̄dixim⁹ gre-
 gem dñi: sollicita secū examinatiōe
 discutiat. Indign⁹ em̄ lacte ⁊ la-
 na ouincitur: si non pascit oues: si
 nō vigilat in custodia gregis: in
 dicitū sibi manducat ⁊ bibit. Por-
 ro p̄ate accepta: malle in malo q̄
 in bono vti. abuti est. Illec sūt que
 pastori oueniūt bonitas. discipli-
 na. scia. Bonitas attrahit. Disci-
 plina corripit. Scia pascit. Boni-
 tas amabilez. Disciplina mirabi-
 lem. Scia docibilem reddit.

Ca. ij.

Quid sit necessariū prelato vt di-
 gne p̄esse possit. vbi supra

Quiputas est fidelis huus et
 prudēs. quē constituit dñs sup
 familia suā: vt det illi escā in tpe?
 Queris forte quā escā? Meus inq̄t
 cibus est: vt faciā voluntatem pa-
 tris mei. Nimiz vita in voluntate
 ei⁹. Quā quidē nec ipse pasci. nec

Tertius.

alios pascere potēt: nisi sit fidelis
 ⁊ prudēs: vt et eā intelligat ⁊ dili-
 gat: diligat autē fortiter. diligat et
 feruenter. Quē em̄ ignorantia excu-
 sare possit hoīem: qui in gr̄m infā-
 tiū. doctorem se insipientiū p̄fiteet?
 Ignorās vtiq̄ ignorabit: imo et
 multos ignorare faciens. faciet
 ignorari. Quid em̄ piculi sit: vbi
 pastor nō inuenit pascua: ignorat
 dur itineris viā: vicari⁹ nescit dñi
 voluntatē: eccl̄ia q̄tidie multiplici-
 ter ⁊ miserabiliter experit. Est em̄
 vt sacratissima sic et secretissima
 res volūtas dei: ⁊ occultū oīo cō-
 silū. Nilis piū lectio: vtilis eruoi-
 tio est. sed multo magl. vñctio ne-
 cessaria: quippe q̄ sola docet de oi-
 bus. Nō autē scire videt q̄ sit volū-
 tas dei bona ⁊ beneplacēs ⁊ p̄fe-
 cta: qui nec pulsare nec querē nec
 petere osuevit. qui donec alienaz
 curam susciperet aiā: nunq̄ sue
 gessisse curā: sed in vano visus est
 eā accepisse! Nam de his quidem
 q̄ et vbi forte intelligūt dñi volū-
 tatem: negligūt tñ. ⁊ q̄ntū p̄ualēt
 aduersant ei: q̄ dederūt man⁹ mor-
 ti. et cū inferno iniere sedus. vt o-
 vientes bonū. adherentes malo:
 parati sint gratis osentire p̄cō:
 fouere maliciā: fauere iniquitati.
 qm̄ odibiles deo ⁊ mūdo execra-
 biles esse ostat: meli⁹ est silē q̄ loq̄
 Sane nemo repente fit turpissim⁹
 Et vix aliquis in hūc affectū neq̄-
 cte: nisi praua osuetudine p̄trāsuit
 Sūt em̄ debiles ⁊ tepidi amatoēs

.d. 2.